



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

V. Electio in episcopum translata, rata debet esse & confirmata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

CAP. V.

Item Alexander tertius Rauennæ archiepiscopo.

Causam quæ inter moniales sanctæ Margarete super discordiam & dissensiones electionis quam fecerant agitari dignoscitur, experientie tuæ iam pridem commissimus terminandam. Vnde quoniam ipsa causa in tantum protrahitur, &c. fraternitati tuæ, &c. quatenus infra duos menses ad plus secundum tenorem aliarum literarum, quas tibi misimus, in causa procedas, ita videlicet quod si sorores ipsæ electionem in episcopum contulerint promittentes, quod illam quam episcopus eis prouideret, reciperent, ipsam quam episcopus prouiderit eis, facias ab eis, appellatione cessante, in suam recipi abbatissam, si tamen idonea existit. Si autem in causa procedere non poteris, dilectis filiis nostris F. basilicæ duodecim apostolorum, & priori sancti Victoris ex parte nostra significes, vt in eadem causa procedant, & sine debito decident.

PARS XLI.

DE INTERPRETATIONE

VERBORVM ET RESCRIPTORVM.

CAP. I.

Item Alexander tertius Eboracensi archiepiscopo.

INTER ceteras consultationes tuas id fuit propositum, quid teneri debeat cum aliqua sub disiunctione mandantur, quorum vnum erit verum, alterum falsum, puta si ponatur quod talis fuerit filius sacerdotis, & in sacerdotio genitus, ab eo qui proximus in eadem ecclesia ministravit, vel quod ipsam ecclesiam illicite occupauit: cui questioni taliter respondemus, quod conuenit iudici, quodcumque istorum constiterit, ei prædictam ecclesiam ab iudicare, & idem in similibus decernere.

CAP. II.

Idem Exoniensi & Vintoniensi episcopis.*

Significauit nobis D. presbyter, quod cum ecclesiam de * VVaplam per triginta annos possedisset, monachi de Lentunen super eadem ecclesia ipsum occasione litera-

* VV-
pelluram